



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De statu secu[n]do, q[ui] d[icitu]r irrigatiuus. Cap. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Acto.8 posita. In quo onfictu Iudæi ad tempus obtinuerunt. Illo em̄ tempore facta est psecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis & om̄es discipuli vel Christiani dispersi sunt p̄ regiones Iudæe & Samariæ, p̄ter Ap̄stos. Talis vero dispersio fuit feminatio euangelij & fidelium multiplicatio. Siquidem dñs ad discipulos inquit: Cum p̄sequer̄ v̄s in vna ciuitate, fugite in aliam. Oportet em̄ & alijs ciuitatibus euangelizari. Tandem & ipsi Ap̄stoli de Iudæa sunt expulsi. Iudæos tñ ecclesia demum vicit, malitijs eor̄ cædendo, & in gentibus fidem Christi erigendo. Vnde contra Iudæos abijt primus angelus, & effudit phialam suã in terrã. s. Iudæam, & factum est vulnus sæuum ac pessimum in homines qui habent characterem bestie, scilicet Iudææ, resistentes fidei Christi, quoniam Iudæi per Romanos, Tito & Vespasiano vindicibus, destructi sunt in mūdumq; vniuersum dispersi ac à deo reprobati, quod est vulnus pessimum.

¶ De statu secundo qui dicitur irrigatiuus.

Caput XI.

Vinea domini est vniuersa ecclesia, quæ ab Abeliusto vsq; ad vltimum iustum in fine mundi prouentur: plantatur: & quod sanctos profert, tot palmites mittit. Et quum ecclesia ita plantata sanguine Christi germi nasset, creuit in vineam latiorē humilis statura, & fructificauit in vinea ros palmites, quos extendit vt irrigaret eam, quæ in terra bona est plantata, hi palmites sunt martyres, quorum sanguine ecclesia irrigata est. Erat enim anima eor̄ quasi ortus irriguus, atq; fons ascendens è terra & irrigans vniuersam superficiem ecclesiæ. De quibus martyribus tanquã veritatis nutijs saluator inquit: Hierusalem tu occidis & lapidas eos qui mittuntur ad te.

I § Porro diabolus videns quod fidem Christi per Iudæorum æmulationem impedire nequiret, exciuit tyrannicas persecutiones, quarũ medio fidem catholicam extinguere nisus est. Et illa irritatio siue probatio ecclesiæ nuncupatur secundus status, & est martyrurum ac designatus in ecclesia Smyrnæ & per equum ruffum tanquã sanguinolentum, quando nigrum conuersum est in rubrum, vtpote quando prædicata est Christi passio, qua martyres ad patienter sustinendas aduersitates indycti sunt, atque conati extinguere & extirpare in orbe paganorum idololatriam. Eisdem martyribus idolorum cultores vehementer restiterunt. Vnde occasio sumpta est persecutionis. Nam post primam Neronis tyrannidem fideles inter gentes sunt dispersi, vbiq; fidem Christi annuntiantes, diuersis insuper pœnis afflictis, vt in eis completum sit illud Apocalypsis: Et exiuit alius equus ruffus, id est, tyrannides, & diabolus sedebat super illum; datum, id est, permissum est ei, vt sumeret pacem de terra: quia terreni homines persecuti sunt spirituales, & vt inuicem se interficiant, & datus est illi gladius magnus, id est, permissæ sunt magnæ persecutiones.

II § Quarum fuerunt decem ad instar decem plagarum filiorum Israel tanquã Aegyptum per mare rubrum exirent. Prima persecutio fuit sub Nerone, secunda sub Domitiano, tertio sub Antonino, quarta à Maximino, quinta à Decio, sexta à Valeriano & Galieno, septima ab Aureliano, octaua à Diocletiano & Maximiniano, nona à Maxentio, vltima sub Iuliano. Sed sancti per fidem vicerunt regna. Et licet in occisione gladij mortui sunt, tamen sua morte multo plures infideles, quã in vita eorum ad fidem cõuersi sunt, vnus equidem iustus mortuus condemnat plures impios viuos. Ossa enim sanctorum etiam post mortem prophetant: quia fulgent iusti, & tanquã scintillæ in arundinetis discurrerunt. Iudicabunt quoq; nationes & dominabuntur populis: spes autem impiorum peribit, & in infidijs suis capti sunt iniqui, de quibus scriptum est. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, id est, in amplam paganorum regionem, quando ecclesia tempore martyrum passa est amarã persecutorum crudelitã. Et factus est sanguis tanquã mortui, & omnis anima viuens scilicet mundo, mortua est in mari: quasi diceret: Martyres non sunt vere mortui, sed anima persecutoris (quæ vixit mundo) vere mortua est, morte videlicet æterna, quã deus non vult, introijt enim inuidia diaboli.

Iste secũ

J. c. 12. §. 7
 J. ca. 41. §. 6
 S. ca. 9. §. 4.
 & J. c. 12. in
 prin.
 J. ca. 47. in
 princ.
 J. c. 11. §. 1
 J. c. 30. §. 3
 S. ca. 6. §. 4.
 & J. ca. 44.
 §. 10
 J. c. 47. §. 2
 S. c. 6. §. 3 &
 S. c. 10. §. 11
 si. & J. ca. 21
 in prin.
 S. c. 9. §. 2
 S. c. 5. §. 9
 S. c. 8. §. 1
 J. c. 65. §. 2
 J. c. 32. §. 8
 S. c. 10. §. 4.
 J. c. 12. i pri.
 S. c. 4. §. 5 &
 J. c. 28. §. 8
 J. c. 31. §. 4 &
 J. c. 35. §. 6
 S. c. 7. §. 2
 J. c. 47. §. 8
 Hebræ. 11
 J. c. 46. §. 11.
 Sapia. 4
 S. c. 2. §. 8 &
 J. c. 33. §. 1
 Sapia. 3
 J. c. 64. §. 1
 J. c. 15. §. 2 &
 J. c. 30. §. 3

§. ca. 27. §. 7 III § Iste secundus status vna cum superiori primo statu in se cōtinēt initiū
 §. ca. 10. §. 3 ecclesiæ, vtpote primitiua ecclesiæ designatā p̄ caput de auro optimo, q̄d habuit
 & §. ca. 44. §. 3 statua Danielis: Tabernaculū em̄ factū est primū & secūdū aureū habēs thuribu-
 §. ca. 4. §. 8 lum & archam testamēti circūtectā ex om̄i parte auro. Et sic tēpore primi & se-
 cūdi statū, hoc est, tēpore apostolorū & martyrum, ecclesia erat aurea, vtpote in bo-
 na & p̄fecta vita sp̄uali. Sicut em̄ aurū alia metalla excedit, sic vita sp̄ualis alias vi-
 tas. Aurū quippe ponitur pro sapiētia, quæ exitit opus decoris ecclesiæ primi-
 tiuæ, q̄a sapiētia claritate & dei ac proximi charitate canduit.

Daniel. 2
 Heb. 9

De pen. dist
 2. mult. & c
 princ.

III § Ecclesia natiq̄ erecta est, sicut tabernaculū synagogæ iuxta exēplar
 quod Moyfi in monte monstratum est. Vbi vniuersa ductilia ex auro erant pu-
 rissimo. Vti etiam Salomon edificatum ornavit templum, cuius altitudinem in-
 trinsecus deaurauit auro mundissimo. Ita aurum optimum est ecclesiæ pars ante-
 rior, vtpote status apostolorum & martyrum, dilectus deo candidus & rubican-
 dus. Quem tanq̄ aurum in fornace patiētia probauit dominus, cuius vestigia fe-
 cutus est. A diuinis enim mandatis non recesserūt martyres, quorum fidei pro-
 batio multo pretiosior fuit auro quod per ignem probatur. Cæteri deniq̄ Chri-
 stifideles eo tunc virtutibus pollebant insignibus. Siquidem in primitiua eccle-
 sia christiani fuerunt in fide bene instituti, in orationibus assidui, primum quærē-
 res regnum dei & iustitiam eius. Frequēter confessi, sacramento altaris quotidie
 communicati, verbo dei attenti, oblationes, offertoria & decimas nō cū minu-
 tis fructibus, sed de primogenitis & adipibus suis debite persoluentes, ecclesiæ
 ædificia erigentes, inter se pacifici ac fideles.

Ezech. 28

Exod. 25. &
 26. & ca. 28.
 & 37.
 3. Reg. 16. cū
 sequentib⁹.
 2. Para. 3
 Canti. 5.
 Iob. 23
 Sap. 3
 Act. 2. in fi.
 Mat. 6
 Gene. 4

§. c. 56. §. 3

§. ca. 8. §. 4

§. ca. 12. §. 5

§. c. 23. §. 9

§. c. 21. §. 2

§. c. 11. §. 5

Sile de Ioan-

chim & An-

na legitur

§. c. 12. §. 1. pri.

§. ca. 7. §. 3.

& §. ca. 17. §.

4.

§. ca. 1. §. 4.

in fin. & §. c.

18. §. 6

§. c. 12. §. 1

§. ca. 13. §. 7.

De pe. dist.

1. c. citius, &

ibi glo.

§. c. 17. §. 6

§. c. 12. in fi.

§. c. 11. §. 1

§. c. 10. §. 4

& §. c. 13. §. 7

& §. ca. 17. §.

11. §. eo. §. 1.

11. q. 1. futu.

§. c. 7. §. 2.

V § Prælati in super atq̄ sacerdotes sacramēta paratis p̄reuerūt, gratiā
 spiritus sancti non sicut hodie sit, vendiderūt: ab hīs vero quibus spiritualia ad-
 ministrauerūt, fuerunt sustentati, & liberaliter remunerati bonis temporalibus,
 quæ in tres partes diuisere (prout deus penes Catharinam Senen iubet) Vnā ec-
 clesiæ pro cultu diuino alijsve necessarijs: alterā pauperibus distribuendo. Ter-
 tiā ad sustentationem reseruabant, prædicationibus & celebrationibus incū-
 bētes, caste & sancte viuētes, vt facile pro sua dignitate à populo honorifice ob-
 seruarentur. Quoniam virtuosi & fideles sacerdotes olim fuerūt, & quū scelerati
 hodie sint, proditur à spiritu sancto in dialogo Catharinæ Senen. Nā sicut olim
 rari fuerūt mali, sic hodie raro boni reperiūtur clerici. Nempe om̄ia in primitiua
 ecclesia erāt inter Christianos tali spiritali charitate fulcita & radicata, vt sol iu-
 stitiae facile in clipeos aureos resfulgeret. Iste verus sol est Iesus Chr̄s, prout de-
 claratur penes Catharinam Senensem.

Cath. Sen. c
 114.

Cathe. Sen.
 119.
 1. Mach. 6
 Cath. Sen. c
 110.

VI § Illud autem tempus aureum durauit vsq̄ ad tertium ecclesiæ statum.
 Quandoquidem Christianitas de auro ad argentum descenderat. Imo de auro
 pleriq̄ ad lutum ceciderunt, vt patebit de hypocritis, qui videbātur deaurati &
 fulgidi, id est, vere sapientes corā populo, sed corā deo stercus erant quia intrin-
 secus fuerūt lupi rapaces. Nam extrinsece aurū, occulte lutū hypocritæ apparēt.
 In superficie equidem vidētur virtuosi, intus à virtutibus vacui. Et quādo in hac
 vita hypocritæ detegitur, tūc aurū hypocritarum quasi lutum sternitur, vtpote
 quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus, quæ prius publice claruerat,
 iam dissipatur. Itidem de hæreticis dicitur. Obscuratū est aurū scilicet bonæ vi-
 tæ, & mutatus est color optimus, scilicet euangeliū in sensum reprobū per hæ-
 reses, & alios errores: De quibus nūc sequitur.

Matt. 7.

Iob. 41
 Treuo. 4

¶ De statu ecclesiæ tertio, q̄ est illuminatiuus. Cap. XII.

Postquam diabolus calluit Christianā fidē per crudelitā persecutorum
 minime labefactari, sed magis ac magis martyrum patientia Christi fide-
 les in orbe multiplicari, alia via aggredi ecclesiā tentauit. Verum idolo-
 latriam in toto Romano imperio Constantinus damnauerat ac pmise-
 rat catholicā fidē gētibus p̄dicari, quæ repente diffusa fuit vbiq̄ locorū. Idē præ-
 terea Constantinus sua munificētia ecclesiā maxime locupletauit, secutus Salo-
 monem q̄ in suæ domus ædificio atriū maius rotundū trium ordinū fecit, pariter
 Constantinus in tertio ordine, id est, statu ecclesiam pacificauit & ampliauit, eam
 argēteam

Dist. 96. Cō-
 stan.
 §. ca. 8. §. 2.
 & §. eo. §. 5.
 3. Reg. 7